



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

4. De Secreti reuelatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Secl. I. De Præcep. 8. Recept. Sentent. 36 i.

c. 4. p. 1. dub. 1. m. 1. 2. 6. Reginald. l. 2. q. 8. 9. Azor. 10. l. 1. c. 6. q. 3. Lessi. l. 2. cap. 1. 1. dub. 6. Navar. sum. cap. 1. 9. m. 2. 8. Sotus de iust. lib. 4. q. 2. art. 3.

Crimen falsum sibi imponere, ob quod capite sit plectendus, ad leuia tormenta vitanda, lethale crimen est. Quia quisque tenetur; vitam suam tueri etiam cum aliquo dolore, & incommodo, maxime quando non est mortem commertus. Non erit tamen lethale peccatum ob huiusmodi tormenta vitanda, occultum suum pandere crimen quamvis ob id mors sit infligenda, nisi forte per accidens ratione alienius magni damni inde secuti, ut est familiaris infamia, publicum scandalum. Imponere autem sibi graua tormenta, etiam si mors inde sequatur, exclusio periurio, mortale non est. Quia non tenetur homo cum tanto cruciatu vitam suam tueri. Imò non tenetur, id postea reuocare, quamvis periurio confirmatum, si prudenter timer, se rursum ad tormenta abripendum; sed potest sine mortali in eo persistere, ac mori, de periurio autem debet coram Deo poenitere. Attamen si Religioni, vel familiaris ex falsi criminis confessione grauis infamia sequeretur; prudenter expende, num tormenta infamiae, an infamia tormentis præponderent. Quia in pari causa potior est conditio innocentis. Sotus lib. 5. de iust. quæst. 10. art. 2. Nauarra de resit. lib. 2. cap. 4. part. 1. dub. 1. num. 1. 3. Syluest. verb. Detractio, qu. 3. Sayr. in Clauis, lib. 1. cap. 3. num. 4. 1. Nauarra sum. cap. 18. num. 2. 9. Tolet. lib. 5. cap. 66. Diana part. 3. tr. 5. resol. 7. & alij.

Occultum peccatum, vel secretum alterius licet pandere ad vitanda graua tormenta, si nullum aliud incommodum alteri quam infamiae impendat. Quia nulla est obligatio seruandi alterius famam cum tanto tuo incommodo. Et hoc verum, etiam si inde alter mortis periculum incurreret, modo illud secretum sine vi, & fraude, & extra confessionem acceptum fuerit. Scio aliquos excipere Doctores, nisi inde grauissima timeantur incommoda, ut si esset Principis, Reipublicæ, aut exercitus secretum. Nauarra sum. cap. 18. m. 5. 4. Sotus de iust. lib. 5. qu. 10. art. 1. Reginald. lib. 2. q. 8. 9. Lessi. lib. 2. cap. 1. 1. dub. 8. Filliuc. tractat. 40. cap. 4.

Ut impediatur damnum aliquod spirituale, licitum est, vel temporale, quod alicuius momenti sit, licitum est cuique alterius crimen aperire: v. gr. ad consulendum bono illius, cuius crimen dæregitur, vel alterius modo reuelatio criminis ad id sit necessaria. Quia damnificator non habet ius retinendi famam cum damno alterius. Et aliquibus in casibus sapè fit, ut non solum liceat, sed etiam ad sit obligatio ex charitate, crimen alterius manifestare, nempe si graue damnum ex eo aliis imminet, & dānum, quod ex manifestatione sequitur, non sit tanti, ut eius ratio præ altero haberi queat. In dubio autem, num præponderet, inclinandum est in fauorem innocentis. Sayr. in Clauis, l. 1. c. 6. num. 18. Nauarra sum. c. 18. num. 3. 1. Nauarra lib. 2. cap. 4. 2. dub. 1. num. 3. 4. 1. Sotus de iust. lib. 5. qu. 7. art. 1.

Corruptio sicul. 1. Qui potest alicuius damnum impellere absque reuelatione criminis alterius, debet correctione vti; ad illud impediendum; alius crimen reuelando, mortaliter delinquet contra iustitiam, ad restitutionemque obligatur. Escobar & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

Scio, defendi posse, solum peccare contra charitatem. Quia delinquens, eo ipso, quod crimen ipsius alteri nocet, videtur amisisse ius, ut suum crimen rectetur. Lessi. lib. 2. cap. 1. 1. dub. 9. num. 60. & 61. Bonac. de resit. d. 2. q. 4. punct. 8. num. 2.

Defunctorum occulta peccata haud reuelare licet. Quia fama etiam post obitum possidet. Neque enim sufficit, quod ex infamia temporarium damnum illi non sentiant: verum etiam damnum infamiae patiuntur interitum. cum. At minus peccatum erit, mortuum, quam viuum infamare. Infamatio itaque mortuorum mortalis esse potest, etiam si in viuos eis propinquos infamia non recurrat: & ad restitutionem obligare, nisi constet, esse damnatos; quia non sunt amplius proximi nostri. Propterea haud excularem Historiographos qui valde infama mortuorum crimina non verentur scriptis exarare. Molina tom. 4. d. 28. Sotus de iust. lib. 5. quæstion. 10. art. 2. Filliuc. tractat. 40. num. 10. 9.

CAPVT IV.

De Secreti reuelatione.



SECRETVM, est res alicui clandestinum manifestata, quæ in plurimum notitiam nondum peruenit. Triplex secreti genus. Primum Sacramentalis confessionis, de quo Volum. 2. Secundum, quod manifestatum noceret animæ, corpori, famæ, honori, vel fortunis alterius, quod oportet custodiri, etiam si nulla promissio eius non reuelandi præcelleret. Tertium, quod expressè, vel tacitè celare promissum. Layman. lib. 1. sect. 5. tract. 3. part. 2. cap. 5. num. 1. Nauarra sum. cap. 18. num. 5. 2. Filliuc. tractat. 40. num. 58.

Contra fidelitatem, ac iustitiam lethaliter peccat, qui secretum expressè, aut tacita conuentione retinendi sibi commissum reuelat, cuius reuelatio in alterius detrimentum graue redundat. Quia fides iure naturali seruanda est, vnde non seruando fidem, contra ius nature delinquit. Reuelatio autem secreti cum leui alterius iniuria, vel damno, lethalis non est, etiam si promiseris te celaturum. Quia materia paruitas à lethali excusat, modò non sit confessionis secretum. Azor. tom. 3. libro 13. cap. 1. qu. 2. Nauarra sum. capite 1. numero 52. Sa. verb. Secretum, num. 1. Reginald. lib. 2. q. 8. 9. Molina tom. 4. tract. 4. d. 4.

Secretum detegere vni, vel alteri, quos certo noueris celaturos, mortale non est. Non sic si reuelas vni, vel alteri quos non noueris celaturos. Quia huiusmodi reuelatio non videtur in alterius graue incommodum redundare. Bonac. noueris celaturos. d. 2. quæstion. 2. punct. 1. numero 2. Azor. tom. 3. libro 13. capite 31. quæstion. 3. Filliuc. tractat. 40. numero 63. section. 2. sermo redibit.

Secreti reuelandi iustas exprimo causas. Prima, si cedat in Reipublicæ detrimentum. Secunda, si cedat in graue eius, qui commisit, nocumentum: v. gr. si qui impedimento adstrictus ab ineundo coniugio redueari non potest, nisi canonicè denunciatur, licita erit secreti reuelatio. Hh denun

denunciatio ob Sacramenti reuerentiam, & ad peccatum uitandum. Tertia, si tu ipse in graue incidas discretim, nisi commissum tibi arcanum reuelas; quia sicut alia debita, ita, & obligatio secreti cessat, quando sine maximo detrimento propriae vitae, aut famae asseruari non potest. Porro si ex secreti reuelatione periclitetur vita eius, qui tibi commisit: ex silentio autem tuo grauissime tuus honor, fama, vel diuitiae periclitentur: viri prudentis arbitrio omnibus spectatis circumstantiis perpendatur, num tantam obligationem retinendi in te voveris, aut debueris suscipere. Laym lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 2. cap. 5. num. 2. Lessi. l. 1. c. 11. dub. 8. Molina tom. 4. tract. 4. d. 37. concl. 5. Azor. tom. 3. lib. 1. cap. 31. qu. 9.

38 Reipublicae, vel exercitus secretum, cuius etiam ob reuelatio in magnam cedet perniciem, etiam ob quouis tormenta, aut mortis periculum, reuelare non licet. Quia salus Reipublicae tanquam bonum maius propriae vitae est anteponendum: quare ad hoc ipsum praestandum quis potest obligari. Nauar. sum. cap. 18. num. 54. Bonac. de res. d. 2. q. 1. punct. vni. num. 8. Diana p. 6. tractat. 6. resolut. 60. Molina tom. 4. tract. 4. d. 37. num. 9.

39 Qui secretum violat absque iusta causa quinius detrimento, ad restitutionem tenetur. Quia causa iniusta damni restituendi est obnoxia. Et hoc verum non solum quando secretum commissum fuit cum pacto expresse, ne manifestaretur: sed etiam quando fuit cum pacto tacito commissum. Profecto ille, cui conceditur est secretum, potest Iudici interroganti respondere cum iuramento, se nihil scire, addita restrictione, ut illi aperiat, vel equiuocatione. Quia habet iustam causam ea vitendi, cum Iudex non possit ad secreti manifestationem cogere, quod ex naturali obligatione seruandum est. Nauarra de res. lib. 2. cap. 4. num. 229. Bannes 2. 2. qu. 69. art. 2. Manu. part. 1. sum. cap. 79. num. 13.

40 Qui aperit, legitque literas sigillo munitas, aut qui in loco secreto asseruabantur, lethali-ter peccat, si hoc gerat prauitens, inde aliquod notabile damnum oriturum: aut si ille, qui literas clausas, mittit, vel asseruat, valde cupit, ea, quae continentur in litteris occulta retine-ri. Quia in his casibus fieri potest, ut quamvis non adsit notabile detrimentum, nihilominus tanta fiat iniuria quae ad lethale piaculum per-tingat. Qui vero legit sine graui iniuria, aut notabilis damni periculo, sed ob curiosita-tem, causa sciendi noua, aut ridendi ob com-positionis inelegantiam, non delinquit mortali-ter. Quia nulli grauem infert iniuriam. Nauar. sum. cap. 18. num. 53. Sa verb. Littera. Molina tom. 4. tract. 4. d. 36. num. 2. Manu. sum. tom. 2. cap. 55. num. 2.



CAPVT V.

De Contumelia, & Derisione.

41 **C**ontumelia est iniuria, qua quis alteri ho-norem auferat dictis factis, vel irrisoribus in-

presentia prolatis. Haec dehonoriatio tribus mo-
dis fieri potest. Primo, cum quis profert verba contumelia,
iniuriola in praesentia. Secundo literis, & li-
bello, ita ut ad eius notitiam perueniat. Tercio,
in absentia, cum ea tamen intentione, ut talia
verba in eius notitiam deueniant. Proprie ta-
men loquendo, contumelia consistit in verbis
iniuriolis in praesentia eius, cuius honori offi-
cis, prolatis. Improprie, & secundario potest
consistere in factis, quatenus significant inten-
tionem nostram de ledendo alterius honorem.
D. Thom. 2. 2. qu. 72. art. 1. Azor. part. 3. lib. 13.
cap. 5. Nauar. sum. cap. 18. num. 10. 11. & 12. Lay-
man lib. 3. tract. 3. part. 2. cap. 6. numer. 2. Sayr. in
Clau. lib. 12. cap. 4. num. 2.

Ex genere suo contumelia peccatum est le-
thale. Quia grauitur laedit proximi honorem,
qui est bonum melius diuinitis. Ratione tamen
paruitatis materiae, & nocimenti, quod infert
potest esse veniale: v. gr. cum quis leue conui-
cium iactat leuiter ledendi honorem inten-
tione. Imò aliquando nullum erit peccatum,
ut cum quis per locum, vel correctionem conui-
cium dicat, vel cum inuincibiliter ignorat
laesionem honoris secuturam. Reginald. lib. 24.
num. 100. Fillius. tract. 40. num. 7. Bonac. de re-
sit. d. 1. qu. 5. punct. 1. num. 3.

Profecto contumelia materialis, scilicet, quā-
vis verba profert sine dehonoriandi inten-
tione, quamvis suo ex genere lethalis non sit,
aliquando tamen ex accidenti erit mortalis. Ter-
tialiter
aliquando venialis tantum, aliquando nullum
peccatum erit. Mortalis inquam, si ex ipsa pro-
latione verborum alter notabiliter in honore
laedatur, siue ex ignorantia crassa, siue ex inad-
uertendi negligētia culpabili id proueniat. Veni-
ialis erit propter cautelae defectum, ut alio-
communitur fieri inter mulierculas, pueros, ac
homines infime sortis, qui solent sese contume-
liis aspergere ex animi irati propitudine. Ra-
tio autem excusans eos à mortali est, quia illo-
rum verbis non solet fides adhiberi, nec gra-
uiter eorum laeditur honor, deestque ut in plu-
rimum nocendi grauitur intentio. Si vero inten-
dant, aut sciant laesionem fore grauem, lethali-
ter proculdubio delinquent. Nullū peccatū erit,
verba contumeliosa proferre Praetatum patrem,
maiorē natu, cum acrius inferioris solo animo
corripendi, adhibito moderamine, carpunt.
Valent. 2. 2. d. 5. qu. 16. punct. 1. assert. 3. Fillius.
tract. 40. cap. 3. qu. 4. Reginald. lib. 24. num. 101.
Molina tom. 4. tract. 4. d. 18. num. 3.

Omnes contumeliae sunt eiusdem speciei. Quia
quāvis in verbis diuersitas cernatur, conueniunt
tamē omnes in ratione formali, quae est intē-
tio auferendi alterius honorem sine iusta causa.
Vnde colligo, satis esse in confessione dicere: species.
Toties proximū contumelia graui affeci, nec re-
quiritur, ut dicatur: Illū ebriū, adulterū, stultum
vocitauī. Aliquādo tamē contumeliae grauitas
tantum augeri potest, ut eius expressio esset de
confessionis necessitate: ut si quis hereticus, aut
patriae proditor appelletur. Item si contumelia
parentibus inferatur, habet specialem malitiā
contrariam pietati parentibus debite. Sotus
l. 5. de iust. q. 9. a. 1. Sa verb. Contumelia. Caiet. 2. 2.
qu. 72. art. 1. Azor. part. 3. lib. 13. cap. 5. qu. 1. Mol-
ina tom. 4. tract. 4. d. 21. num. 6. Reginald. l. 24. n. 102.

Contumelia grauius peccatum est detractio-
ne ratione maioris voluntarij. Quia contu-
melia